



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

LXIV. Markgraf Ludwig beleihet Theoderich von Möllendorf mit Hebungen in Möllendorf, im Jahre 1343.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

volentes eisdem pre omnibus ipsos illicite inuadere volentibus pro nostris viribus fideliter gubernare, dummodo ipsorum ad equam iustitiam cuilibet faciendam habeamus facultatem. Debebunt enim predicti eorumque heredes nobis et heredibus nostris nostrique nomine officiatu nostris cum castello suo dicto Lubene, cum quo nobis omagium fidei fecerunt, super quemlibet hominem, cuiuscunque conditionis vel status fuerit, ad omnem necessitatem nostram fideliter suffragari cum apertioneque castelli eiusdem obedire sine contradictione qualibet, dum requisimus vel ex parte nostri officiatu nostri requisierint vel indigentiam habuerimus seu habuerint et parere. In cuius etc. Testes decke, swarzburg, h. de aluenfleuen, pincerna, Lochin. Datum stendal, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLIII<sup>o</sup>. in crastino beati Michaelis.

Nach dem Leipz. Copialbuche der Vogtei Havelberg. Bl. 16<sup>b</sup>. Nr. XLV.

**LXIV.** Markgraf Ludwig beleiht Theoderich von Möllendorf mit Gebungen in Möllendorf, im Jahre 1343.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus et presentibus conferimus strenuo viro theoderico de molndorph suisque veris et legitimis heredibus tria frusta annuorum reddituum, in villa molndorph sita, cum omni iure, sub modis, formis et condicionibus, quibus nos eadem tenuimus et habuimus, necnon cum singulis suis pertinentiis, prenotatis frustis ex iure vel ex debito pertinentibus, sine impedimento quolibet perpetuis temporibus possidenda. Pro quibus uero tribus prenotatis frustis nobis predictus Theodericus in XIII<sup>er</sup> marcis argenti ratione caballi, strenuo militi domino Johanni de meckowe nostri nomine venditi, plenarie satisfecit. In cuius etc. Testes etc. Datum ut supra (Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLIII<sup>o</sup>.) feria V<sup>a</sup>. post festum beati Michaelis.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XCIV.

**LXV.** Markgraf Ludwig verleiht dem Schulzen zu Neuendorf ein wüstes Feldstück an der Grenze des Dorfes Lohme, im Jahre 1343.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. Contulimus et presentibus conferimus discreto viro Rudekino sagittario, sculteto in nuendorf, fidei nostro dilecto, suisque veris et legitimis heredibus locum desertum et incultum, vulgari nomine horst nominatum, infra vias inferius et superius ab agro molendinorum ad metas seu terminos ville Lome pertendentem, cum singulis pertinentiis eidem loco de iure vel ex debito pertinentibus, quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendum. Testes otto de Helbe miles, Loterbeck. Datum berlin, anno eodem, feria V<sup>a</sup>. post Barth.

Nach dem Leipz. Copialbuche der Vogtei Havelberg. Bl. 16<sup>b</sup>. Nr. XLIII.